

DIVINA



SIC FELICANT OMNES IN IUDICIO
TUO DOMINE IUSTICIAM V



DICTA SCRIPTURA U HISTORICAE SACRAE

Exod: 17 - 1 -

33.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ec. 11.

ORATIO

DE ILLV=

STRISSIMO HEROE AC
DVCE, MAVRITIO,
ELECTORE SAXONIAE &c.

HABITA VVITEBERGÆ

A IOHANNNE MAIORE IOA-
CHIMO, THEOLOGIAE DOCTORE, ET
Poëta Coronato: Decano Collegij Phi-
losophici, Cum gradus Magisterij de-
cerneretur QVINQVAGIN-

TA honestis & erudi-
tis viris.

VVITEBERGÆ.

ANNO M. D. LXIII.



0 2 1 0 0 0 0 0 0 0 0 0

D 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2

A D 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1

ORATIO DE ILLUSTRIS

SIMO HEROE, ET DVCE, MAVRITIO,
ELECTORE
SAXONIÆ. &c.

*Agnanimum Heroem qui Saxona regna potenti
M Imperio, & iustis defendit fortiter armis
Mauritium, nulli ueterum uirtute secundum
Siue fide, seu quis pace est expertus & armis,
Nunc uersu grauiore canam: gens sera nepotum
Audiat, & meritos uirtuti expendat honores
Egregiam decorans animam, quæ sanguine nobis
Hanc patriam, & quodcunq; boni nunc floret in illa
Obtinuit, pulcramq; adiit per uulnera mortem.
Hic uir erat qui sacra Dei temerata uencno
Vindelicæ Sphingis procerum trepidante caterua
Vnus restituit, solidaq; in sede locauit,
Spirantemq; minas, perplexaq; dicta sonantem
Reppulit, & seuos extinxit faucibus ignes.
Hoc Duce libertas fandi præcepta salutis
Respexit miseros, quæ presso obmutuit ore
Sphinge mala dominante locis. Quin ipse furentem
Centimanum Romæ nobis noua fulmina belli
Faucibus Alpinis uicina ex urbe Tridento
Cudentem, atq; aris iterum noua sacra, nouumq;
Ius intentantem, subito dare terga subegit,
Et solus ferro crimen commune refellit.
Hic rem Germanam belli turbante tumultu,*

O R A T I O.

Distractamq; animis studia in diuersa, reduxit
 Rursus in antiquam uirtutem: & foedera pacis
 Legibus, & duris firmavit protinus armis.
 Hunc pariter magno successu magna gerentem
 Externi tremuere hostes, timuere sodales
 Armaq; uirtutemq; domi: mouet ipsius ingens
 Fama uiri, uirtusq; suis maturior annis.
 Hunc tellus quam Thraces arant, hunc Caucasus altus
 Horruit, & populos metuit committere pugnae
 Ipse suos, patriumq; retrò reuocauit ad Hæmum.
 Huic debet, si qua est meritorum gratia terris,
 Huic, inquam, flauum quæ stat scola condita ad Albim
 Quam seuis turbatam armis, & sede paterna
 Excussam, extrema & stantem iam in sorte, refecit
 Auxilijs, maiora loco incrementa reponens.
 Hinc solito emicuit maior, numeroq; referta est
 Discantum: belloq; aliquis fuit usus in illo,
 Ornatæq; olim ueniunt felicius artes.

Hæc dum carminibus celebros: Tu Christe parentis
 Vox æterna tui, tu uiuens illius instar
 Expers principij & finis, tu nostra serenus
 Orsa iuues, tantiq; faue præclara canenti
 Facta Ducis, flatuq; tuo rege uerba, nec auræ
 Edita discerpant, & nubibus irrita spargant.
 Tu bona parta tege, & multo sudore receptam
 His terris duce te pacem Ducis huius ab arte.
 Tu structas tacite uires elide, nec ullum
 Consilijs oro euentum permitte, quibus te

Docta

O R A T I O.

Doctrinamq; tuam cupiunt subvertere fundo,
 Vel ui, uel freti perplexa ambage loquendi.
 Hunc etiam ludum porrò, atq; hos assere coetus,
 Egregios pariter coetus iuuenumq; senumq;
 Qui laudem asseruere tuam, laudemq; parentis.

Sed prius illustres ortus à stirpe parentum
 Expediam, & primæ reuocabo exordia gentis.
 Hunc de Saxonie ueteri propagine cretum
 Accipimus, seriemq; domo deducere ab illa
 Qua prisci autores gentis longo ordine ducti,
 Atq; æuo propiore patres, nomenq; decusq;
 Pacis & armorum studijs gesserunt uicissim,
 Atq; acie instructas Martis duxere cateruas
 Siue domi, seu bella foris peragenda uocabant,
 Nam quò non penetrat uirtus? Tu Gallia testis
 Maiorum uirtutis eris, quam fortibus armis
 Assertam, iam nunc etiam ditone còercent.
 Testes Allobrogum populi, belloq; subacti
 Taurinates, alto quà uertice nubila cæli
 Aut Alpes Graia, montanaue Coccia tangunt,
 Quâ ferus Ausonias inuaserat Hannibal oras.

Sed non hîc ueterû attingam monumenta uirorum,
 Viuit adhuc animis Alberti fama, nec olim
 Fortis aui memores subeunt obliuia mentes.
 Hic quondam antè alios Burgundica bella regebat
 Consilijs, operaq; huius, & uiribus usus
 Pannoniæ tractus superos sub iura redactos
 Matthiæ regis tenuit qui nomina Corui,

O R A T I O.

Maximus obtinuit rursus Æmilianus in armis.
 Hic insurgentes bello tres ordine reges
 Pœona, Sarmaticumq; & fortem Marte Boëmum
 Prælia dum tentant animis, & uiribus æquis,
 Cui regnum Elysiæ cedat: desistere ab armis,
 Et pacis leges capere, & componere pacem,
 Cumq; manu belli terris excedere ab istis
 Impulit, hostis ope intentans discrimina lethi
 Qui legem hanc capere, & legi parere recuset.
 Sic regum simul & lites componere, & idem
 Ingenti patriam potuit terrore leuare.

O præstans animi robur: quòd tempore tali
 Si quod adhuc reliquum Ducibus foret, heu fera nusq;
 Prælia sic, nec tanta forent odia impia, & omnes
 Inter se aduersis concurrant motibus urbes,
 Nec se huc tot gentes uicinæ impunè tulissent
 Incursum, metuatq; sibi Germania cladem.

Deniq; cum summi proceres uoluère uacanti
 Præficere imperio, postquam fatalia Cæsar
 Munera soluisset, sceptrum, regniq; coronam
 Mandare huic soli, tantum ò si luce fruatur
 Ætherea, nec adhuc fato cessisset ad auras:
 Tantum iudicium tulerant de principe tanto.

At Patris & Patruï uirtus spectata recenter
 Phrasiacis latè bellis, sese extulit armis.
 Nec minor in puero uirtus incunte sub æuo
 Signa dabat, magnis animi cum motibus annos
 Anteiret, fortes præstans ad fortia uires,

Dum

O R A T I O.

Dum pugnam, aut aliquid magnarum inuadere rerum
 Mens agitat sibi, nec dulci contenta quiete est.
 Non etenim frenos patitur mens ardua, & acer
 Impetus ille suis longè prior cuolat annis,
 Si nescis, Deus hunc ardorem mentibus addit,
 Et uelut accendit, sic certis flectit habenis.

Indolis ergo bonæ puero bona cura iuuentæ
 Cessit, & Ascaniæ de stirpe Georgius alta
 Huic datus hærebat custos, moresq; regebat.
 Illius ad nutum mores expressit, & acta
 Composuit, ut quæ uisus sit uelle monere,
 Hic ageret, factisq; monenti occurreret ultrò.
 Nam sanctos uitæ ob mores, ueræq; beatum
 Doctrinæ studium, atq; insignem pectoris artem,
 Non tantum ingenti ingentem complexus amore est
 Officio indulgens, sed enim cumulabat honore
 Suspiciens, magnaq; animi pietate colebat,
 Ut sæpe antè Duces illo se nomine ferret
 Cui duo præcipui, tam fido pectore noti,
 Quàm pietate uiri, sint iuncti fœdere amoris,
 Ut mortem haud dubitet pro relligione pacisci
 Quam teneant illi, scriptisq; in secla propagent,
 Te princeps uenerande uocans, doctumq; Philippum,
 Ambos insignes fama, & uirtutibus ambos.
 Si duo præterea tales Germana tulisset
 Terra uiros, iam nunc scriptorum fortè bonorum
 Plus erat, atq; minus turbarent scripta malorum.
 Dicta habuère fidem, potuit qui plurimus ardor



O R A T I O.

Esse fuit, toto regni cõeunte Senatu
 Flexiloquæ Sphingi scriptis obsistere contrâ
 Ausus erat, primusq; pijs obtendere dictis
 Aggressus coram, primus strepitumq; minasq;
 Subiccit pedibus, fregitq; ferocia monstri
 Corda, uolente Deo, donec ui uicit, & armis
 Obtriuuit surgentem, & sibila colla tumentem.
 ET meritò pietas Ducis est iustissima cura,
 Hinc decus imperij stabilire, & reddere pacem,
 Prouchere ingenuas artes, dare præmia doctis.
 Hæc eadem ut faceret, quem non haurire laborem
 Aggressus, quos non casus tulit? heu quibus ille
 Iactatus fatis? Ciues ut pace sederent,
 Ille armis in bella ruit: dehinc numina uero
 Ut celebrent cultu, tot monstra infanda deorum
 Sustulit ille adytis, purgataq; sacra reliquit.
 Ut pietate ætas tenera educetur & arte,
 Instituit ludos ubi uani fana Papatus.
 Maiestate forum muniuuit, legibus urbes
 Quæis neq; mos, neq; cultus erat: collapsa refecit
 Tempia Dei, & studia ad solitos euexit honores.
 Atq; his á curis regnandi exordia duxit
 Cum patre defuncto patrijs successit habenis.
 Hinc benè dispositis natali in limite rebus
 Militiam, & graue Martis opus tractare ferendo
 Maluit, & sumtis uires ostendere in armis,
 Non patriam infestans, sed iniqua ab lege resolucens,
 Otia non rumpens, sed longo in fœdere seruans.
Idcirco

O R A T I O.

Idcirco haud socios regni, ciuesq; paterni
 Imperij aggressus, sed Christi nominis hostes
 Inuasit bello, nostris ut pelleret oris,
 Et regni assereret decus, & sua munera Christo.
 Saepè foris uoluit pacata Teutonis ora
 Cum Scythiae populis duro concurrere bello,
 Et solus magnas Martis nutrire cohortes
 Armorum impensis proprijs, atq; agmine denso
 Tentare ingressus, amissaq; regna relictæ
 Pannoniae, domitasq; reposcere uiribus urbes.

Ergo extra patriam primus magna agmina duxit
 Communi uictus patria, & uirtutis amore
 Quando in Pannoniae tendebant milite campos,
 Et penitus toto certatum est corpore Regni.
 Hic primum specimen praestans certamine belli
 Impleuit terrore hostes, quem deinde secutus
 Successus rerum magnis adeo extulit ausis
 Suprà alios regni proceres ut nomen haberet,
 Quos acri ingenio tantum supercrauit, ut omnes
 Extinguit stellas exortus luce sua Sol.
 Hinc Asiae tellus inimica cohorruiit olim
 Auditum ad nomen, succussa; uiscere in imo est.
 Si quid apud rapidum tunc gestum est fortiter Istrum,
 Consilio, atq; manu stetit huius Principis illic.
 Hic postquam urgetur pugna congressus iniqua,
 En bellator equus praecipis ex uulnere, terrae
 Sternitur, excussumq; equitem super ipse uolutus
 Implicat, haerentemq; ferit grauis ungula pulsu

A §

Haud

O R A T I O.

Haud domini memor, et terræ insuper adplicat ipsum,
 Diuersumq; rapit: sed inutilis, inq; ligatus
 Tela instare uidet, uarijsq; assultibus hostes,
 Nec quò se eripiat, nec qua ui tendere possit
 Adparet, nisi sola oculis lethi horrida imago.
 Proripuit iuuenis qui tunc comes hæsit in armis,
 Iamq; assurgentum dextris, plagasq; ferentum
 In medio ueniens subiit, hostesq; morando
 Sustinuit, lethoq; suum caput obtulit ultrò
 Pro duce se hostili gaudens succedere dextræ,
 Aduersum & iugulo non inscius accipit ensem
 Dum princeps serui obiectu protectus abiret.

Ergo pedem bello referens tua Carole tandem
 Castra sequebatur, sub te tolerare magistro
 Egregias artes belli, tua cernere facta
 Assuevit, magnis & te sectarier ausis.
 Gelrica tum uictor post bella exhausta, mouebas
 Signa per Attrebates, & regem Marte petebas
 Franciscum, tumidis ubi Sequana labitur undis.
 Iunxit opes, uiresq; tibi, Gallumq; ferocem
 Landrisij ad muros repressit, & exiit armis.
 Mox iterum ut bello egressus signa altera figis
 Quî Desiderij Fanum de nomine fertur:
 Vnus homo aduersos ita bello terruit hostes,
 Ut pacem petere, & tentarint tendere dextras.
 Nam bis mille equites inopino turbine in hostes
 Concitat, ignaros rerum, oppressosq; ruina,
 Et pauesacta uirum demisit corpora letho:

Qua

O R A T I O.

Qua strage impulsī, cessabant protinus armīs,
 Et bello orabant spaciū interponere pacis.
 Nec quēquam ingenioūe parem, nec robore, & arte
 Ad quoscunq; aditus uelles, tu Carole habebas,
 Nomen ut incauti uix sēpe effugerit, ardens
 Ingenio, & promptis obeunda ad munia neruis.

Quantus in hanc patriam fauor extitit, ardor &
 Testes heu nimium testes ciuilia bella, (ingens,
 Compositæ & lites, rursusq; è sorde reducta
 Relligio, & fixæ leges, quibus impia bella,
 Bellorum & causas penitus præcideret omnes.

Dum parat ereptas collecto milite terras
 Asserere Henricus qui frena Lycaonis arcis
 Sustinet, & subito reditu procul inijcit hosti
 Terrorem, immittitq; fugam, & spe deijcit omni,
 Ne glomerare manum contrā, aut obtendere possit,
 Nec præceps uires tempus daret: ipse repente
 Contraxitq; manum, & subita ui compulit agmen
 Subsidio socijs ueniens qui foederis icta
 Lege tenebantur per mutua: deniq; totam
 Ad placidum euentum rem detulit, aspera ne qua
 Ingrueret pugna, & bellum sine sanguine abiret.

Idem cum tremerec̄ tristi Germania bello,
 Congressos Carolo nec dijs nec uiribus æquis
 Foedere coniunctos proceres persensit, & armis
 Abstiniuit primū, sed tandem caussa cruento
 Implicuit bello, peregrina ut gente profecti
 Appeterent terrasq; suas, cognataq; regna:

Ni fa=

ORATIO.

Ni faciat, rapiant alieni, & sub iuga mittant,
Aut instent spolijs, aut cingant oppida flammis.

At Carolus meriti tanti non immemor unquam,
Et iam uictor ouans, uirtuti præmia soluit,
Et septem procerum in numero, coetuq; recepit,
Ductorem & belli statuit Germanide terra.
Tempore iam ex illo qualem se ostenderit acri
Ingenio, & quantum duri Mauortis in armis:
Norunt & Rhenus pater, & uiolentior Albis,
Et tumidis ferus Ister aquis, & Sequana flauus.

Hæc Scola cum fœdè ante oculos disiecta iaceret,
Digessit numero rursus, Martisq; furore
Dispersas olim Musas ad pristina uexit
Muneribus cumulansq; nouis, & honoribus augens.
Et ne doctrinam opprimeret Sphinx impia ueram
Præstigijs fraudum: magnis conatibus ac ui
Oppositus cepta impediit, mox numine Verbi
Multa reluctando fatalem auertere pestem
Ausus erat terra hac, donec pede pressit, & ipsam
Turbine correptam stygias deiecit ad umbras.

Hac simul extincta noua cum molimina cudi
Præsensit, rursusq; nouos instare tumultus
Quò pia relligio, quò demum intercidat omnis
Libertas patriæ: subito tum surgit in iras,
Attollitq; animos, & primùm obsistere falsis
Imperat inuentis, & uana reuellere dicta,
Hanc operam sacris præstante Melanthonè rebus,
Quem triste exilium, non dignaq; multa timentem

Dum

O R A T I O.

Dum latebras aperit Sphingis, fraudesq; retexit,
Complexus fuerat casus constanter in omnes.

Ast ubi nil ageret, sed enim iura irrita ferri
Iam magis, atq; magis uidet, & data fœdera solui,
Cognatosq; Duces belli discrimine captos
Iam contra solitum uinclis & carcere claudi
Penè omnis patriam spes ut prærepta uidendi,
Et dulces natos: ultrò implacabilis ardet,
Armaq; in autorem Carolum dstringit, & armis
Insequitur, clauditq; uiam sub rupibus arctis,
Fidentemq; fugæ retrahit, subigitq; reponi
Que neq; pace prius ualuit, nec ferre precando.

Sed prius hic tacitis concursibus agmina furtim
Cogentes, odio pacis placidaq; quietis,
Disiecit, uitreo quâ labitur anne Visurgis.
Parthenopenq; urbem, quia consuetudine regni
Exactos ciues longa ditio fouebat
Seditione potens, captam sub iura coëgit,
Non spolia ulla petens, sed enim moderata tulerunt
Facta Duci laudem, dum qui cane peius & angue
O dissent hostem, iam communi ore uocarent
Victorem, patriæ patrem, & se legibus ultrò
subijcerent, famaq; pararent tollere cœlo.

Atq; ita Teutoniæ terras ultròq; citroq;
Exoluit belli terrore, omnesq; furorum
Causas è medio tulit, una fortè relicta,
Non ita perfecta, nec ab omni parte recisa,
Dum properat Turcos auertere Pannonis ora,

Atq;

O R A T I O.

Atq; aditu ex illo stabilem quoq; condere pacem.
 Nam quis tunc illum moliri bella putaret
 Quem socium belli non tantum in rebus habebat
 Ut pius Æneas fido comitatus Achate,
 Sed stipe collata qui militis æra merebat
 Mauritij addictus signis, & foedere iunctus?
 Quippe domum bello rediens, Turcisq; repulsis
 Ecce nouo implicitus bello capit arma, furoresq;
 Horrendos premere, atq; iniusti incendia belli
 Iusto Marte parat: sæuæ iamq; altius iræ
 Mauritio surgunt ductori, ut feruere cædes
 Alberto grassante uidet, nec sine teneri.
 Et iam summa procul templorum culmina fumant
 Ad Mœni tractus, disiectæ funditus urbes
 Intercunt, superant cædes, sæuæq; rapinæ,
 Nec pietas mouet, aut dulces circum ubera matrum
 Pendentes nati, ferus omnia corripit ignis.
 Et iam fata eadem Mysorum rura propinqua
 Contigerant: ruit ecce animis Mauortius heros
 Subsidio patriæ, celeriq; occurrit opum ui
 Saxonie in campis, & uictum strage cruenta
 Impulerat dare terga fugæ: Cùm plumbea cannis
 Glans expulsa cauis mediam ictu traicit aluum
 Transadigens costas, & candida pectora rumpit.
 Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta,
 Nec se Mauritij iactauit uulnere quisquam,
 Impleuitq; sinum cruor, & resoluta uicissim
 Ad superos anima euasit, corpusq; reliquit

In te

ORATIO.

In te nixa fide bone Christe, tuoq; cruori.

*Occidis heu, Geticæ quem non potuere phalanges
Sternere, quanquam actis instarent undiq; telis.*

Heu pietas, heu recta fides, Sic magne iacebis

Flos ueterum, uirtusq; Ducum? te Teutona tellus

Abreptum heu nimium fatis crudelibus orbi

Suspirat gemitu ingenti: te deinde requiret

Ister, & in patrijs qui currit finibus Albis

Barbara cum moto conspexcrit arma furore

Sæuitia horrenda nullo prohibente uagari.

Non ille immanes Moscos impunè tulisset,

Non aditus tales aperire ad limina nostra,

Moliriue Papam tanto conanime tantas

Insidias actis conuentibus: Hei mihi quantum

Gallia præsidium, & quantum Germania perdis.

Nos uerò hæc seros grati referemus ad annos

Factaq; uirtutemq; Ducis, quem lumine cassum

Ad uada Mæandri laudant, & Caspia stagna:

Miratur Latium indignans, nomenq; perosum

Quanquam, si tantum Romanæ parcere sedi

Ausus, nec Capiti insultans tot damna dedisset.

Ipsa etiam ad nomen suspirat Pannonis ora

Defensore carens, defensoremq; requirens

Mæsta suum: Nec grata satis Germania tantis

Pro meritis, sedet in tenebris, exuta nitore,

Non famæ memor antiquæ, non laudis auitæ:

Oderunt uiuum, nunc cassum luce requirunt.

At tu nate Dei, regnis tu suffice tandem

Præ

ORATIO.

Præstantes uirtute Duces, qui sancta tuentur
Iura tua in terris, & uinci nescia præbe
Pectora: sint aliqui coetus te ritè colentum,
Et tua per populos oracla immota sonantum,
Dum redeas orbi, uiuosq; & luce carentes
Concilio coges, uitamq; & crimina disces.

DECANVS COMMVNITATIS
STVDII BONARVM DISCIPLINARVM
atq; artium in Academia
VVitebergensi.

PRincipio nouus exactis dum mensibus annus
Incipit, & dono diuim hæc quoq; tempora uiui
Attigimus, tot fata inter durissima rerum,
Tot scelerum facies inter, dum pectore, mæsto
Sentimus mala nostra domi, peregrina dolemus,
Quæ nunc, quæ toto miscet Mars impius orbe:
Dij faciant, letum nouus annus ut exerat ortum
Qui puero nascente nouo mortalibus aegris
Affulsit primùm, nec longum tempus, & orbi
Desuper æterno tandem ingreditur honore,
Omnia cū noua erunt Christo duce, et auspice Christo,
Qui noua morte sua reparauit secula uitæ,
Et noua progenies cœlo demissus ab alto est.

Hei

Hei nihil huic ueteri fas quenquam fidere seculo,
Quippe ubi fas uersum est, ubi tot bella horrida bella,
Tot scelerum atq; mali facies, non artibus ullus
Dignus honos, squallent neglectæ in puluere Musæ,
Stultitiam patiuntur opes, sua cuiq; uoluptas
Fit Deus, atq; uiam factis uiolentia quærit.

Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata re
Fas etiam tolerare bonos quæ publica sors est, (uoluo:
Illic præmia erunt, hîc sunt odia, atq; labores.
Hinc ergo à lacrymis conuersi ad uota feramur,
Luce bona bona uerba sonent, sanctumq; trahamus
Sanctas per uoces tempus: iuuat ardua sacra
Tentare, & festi caussas aperire diei.

Tu Flamen cœleste refer, quæ caussa subegit
Christum etiam arcana membrorum in parte recidi,
Tu nomen pueri, & rationem nominis æde
Antè sacro puero imposuit quod præpes Olympi
Quàm uirgo ædiderat conceptum in lumina uitæ.

Attulerat Patribus tandem exoptantibus ætas
Auxilium, aduentumq; Dei, quem rector Olympi
Desuper exitio Serpenti, & tristibus umbris
Vouerat, ut nostræ collectus in ora figuræ
Ferret opem mundo: sed enim reuoluta ruebat
Octaua iam luce dies, cum murice acuto
Pellibus in morem scissis genitalia circum
Signum impresserunt generis, nomenq; dederunt.

Sacrorum hunc morem seruari in gentibus Abre
Sancierat genitor, mas omnis ut æditus auris
Cum silice incisus genitali in parte notetur,

B

Hocq;

Hocq; habeat monumentum ipsi, pignusq; salutis.
Hunc olim gentes rerum coelestium imanes
Ritum exponebant risu, quòd cedere acuto
Crimina tentarent saxo : quin ciuibus ipsis
Asper, & in nullo uisus discrimine ritus,
Offensæ plenus : Sed enim quia Numine ab alto
Stant fixi ritus, non sunt sine numine ritus.
Et mos ille quidem signum coelestis amoris,
Et pacti nota certa fuit, pignusq; salubre
Iusticiæ Fidei, qua uerbo oblata sonanti
Promissa accipimus, diuinaq; munera Christi
Quisq; suæ asserimus menti, penitusq; fouemus
Propria, testati ritu, nos fidere uerbo.
Hoc quondam infantes firmantur pignoris usu
Quòd sint consortes coeli, coeliq; bonorum.
Quin etiam hoc signo edocuit Pater omine aperto
Versa in deterius generis primordia nostri:
Quotquot enim nati uitales carpimus auras,
In lue concepti coelestium attraximus iras
Corrupta de carne caro, de sanguine sanguis
Morte recidendus, ne pars sincera trahatur.
Ritus item fuerat promissi Seminis index
De quo tunc soliti Patres sermonibus uti
Et uelut hanc partem truncant, ita iure mariti
Nullius, aerias nasci debebat in auras.
Deinde per hoc semen naturæ perditæ nostræ
Viscera in integrum rursus referenda docebant,
Cum petra incisi, (petram te Christe uocamus)
Corruptam hanc letho carmen damus, & noua massa
Ex un-

Ex unda, & flatu generamur denuò ad auras.

Sic & more pari memores tua uulnera **Christe**
Seruati canimus, cum sacri fragmina crusti
Mandimus, inq; fide tecum consortia inimus
Corporis, ut nobis olim monumenta relinquens
Fida tui, sacra libasti corpus in ara
Ipse tuum, nec nos fallax ludebat imago.

At uerò ut natum claro se semine **Abrahæ**
Proderet, & membrum consanguinitate propinquum
Iudeo populo, tandemq; impleret ut omnis
Iusticiæ partes, penitusq; aboleret in orbe
Quem Solymis saltem ritum mandârat habendum:
Iam tum passus erat Patrum se more recidi.
Nec lex ulterius quenquam tenet, ædita nobis
Signa noui pacti renouato in foedere constant.

Exim perfectis diuinis rebus, & ipsum
Appellant puerum diuino nomine **IESVM**,
Non casu, sed sic uoluit Pater altus Olympo
Aligerum iuuenem pueri recludere nomen.
Ex re nomen erat, namq; ipse salutifer orbi
Adueniet, populosq; suos à labe reducet
Verus Homo, uerusq; Deus, nam dictus **IESVS**
Compositum nomen gemino de stemmate seruat.
Hic patribus promissa salus, ut imagine carnis
Adparens mundo commissa piacula soluat,
Quæ propter iustis odijs Deus arsit, & omnem
Excussit nostri penitus de pectore amorem.
Ex illo qui nos casus, quæ fata sequantur
Quisq; uidet, quantos patiaturo mille labores,

Quot scelerum poenas expendat corpore in isto
 Transcriptus flammis Erebi sub nocte profunda,
 Quantum nemo usquam potuit superare laborum,
 Nec quisquam miseris hominum res morte leuare,
 Ni se hic in medio daret, & componere foedus
 Ausus erat, tegetetq; scelus, rursusq; referret
 Sanguine Iusticiam, factis dum ingentibus implet
 Spontè sua leges Patris, & poenam insuper haurit
 Mox duræ sortis patiens iuuenilibus annis,
 Prodigus & uitæ tandem, sanctiq; cruoris.

649

Hæc qui scire cupit Iuuenes, & deniq; sacros
 Scripturæ fontes penitus recludere dictis:
 Multa tulit, didicitq; puer, passimq; sagaci
 Iudicio euoluit ueterum diuina reperta.

Ergo agite, & qui iam censura credere nostræ
 Seq; suumq; uolunt studium, sua nomina nobis
 More serant solito, non his studiosa uoluntas,
 Non prompti ratio officij, nec cura iuuandi
 Vnquam aberit, doctosq; uiros sua palma sequetur.

CARMEN P. P. AD IN-
 VITATIONEM EXAMINIS PUB-
 LICI IN ACADEM:
 VITEB:

mg. 586
 s. 136

introd. A. L. 139

Lingua et
 carmen pentu-
 r. Q
 de obscuris
 de Abd. v. d. v. l. h. y. bay. p. 7. 3. N. B. Sav.

Vam benè uiuebat Paradysi in sede, priusquã
 Deficeret mortale genus, nec mente feroci
 Rectorem excuteret summũ, et se lege teneret.

Tunc

Tunc & noticiam firmam rerum omnium habebant
Pectora, tum larga se illis cum luce ferebat
Obuius, inq; animis Deus omnibus omnia agebat,
Et lucis radios propria de mente refundens
Totum hominem pleno lustrabat lumine recti.
At postquam in uetitum ruerent, & pectore uicto
Serpentem acciperent stygium: tum protinus omnes
Cœlestum excussæ dotes, & tecta tenebris
Prouida lux, hominumq; imis præcordibus ater
Successit Serpens, & sancta habitacula diuum
Turpauit, delensq; Dei sacrum instar in illis
Ingentes tenebras offudit mentibus ægris,
Quas radij Solis, neq; lucida tela diei
Discuteret, penitusq; errorem abstergeret omnem.

Vt facinus tamen ipsa suum mens noscere possset,
Antiquosq; status æui, miseramq; ruinam:
Scintillæ exiguæ ingenti de luce relictæ
Manserunt animo, sed & hæ quàm in parte pusilla,
Quàm densis squallent tenebris, qua in sorde, uidetis.
Ceu Luna in nimbo tristi cum in nocte tenetur,
Luceq; pallidula sensim inter nubila fulgit:
Aut rude ut apparet speculum nulla arte politum.

At Pater immenso Nati deuictus amore
Ne tota intereant manuum monumenta suarum,
Partem aliquam humani generis de faucibus Orci
Raptat, anhelantemq; sua dat luce potiri
Spiritus ut renouat præcordia lumine uerbi,
Et tenebras remouens iterum primordia lucis
Incoât, & lapsas reuocat sub pectore uires.

*Filius noster, te haec in prae-
 ingorati, te haec in prae-*

O utinam nossent aliqui, quos nosse decebat,
 Qualibus & quantis degant in cladibus æuum,
 Et propius bona suspiciant quæ Filius adfert
 Demissus nobis, & grata mente sonarent ^{mentes}
 Quòd coetum in terris sibi tanto in turbine rerum
 Adferit æternus genitor per munia Verbi
 Quod nostris animis Natum proponit habendum
 Visentem has terras uera sub imagine carnis
 Quò Sathanæ euertens opera impia, rursus adornet
 Lapsa Dei in nobis simulacra, iterumq; refingat
 Informans uerbo, proprioq; è Flaminc partem
 Mentibus insinuans, sua nos habitacula reddens,
 Quæ sedem colat æternum, indelectaq; seruct.

*At multi hæc uoluunt animo bona summa, Decumq;
 Ritè colunt, studijs celebrantes munera Nati,
 Inq; propaganda doctrine uocce, laborem
 Et studium acre Deo uigilanti pectore præstant,
 Atq; uiam monstrant miseri qua iungimur ipsi
 Auulsis quibus ille iterum iam à fœdere Ditis
 Communem sese, nec non communia secum
 Dona sua efficiat nobis, & propria donet.*

*Hæc cuius fugiunt animum solatia uitæ,
 Mortua ei uita est propè iam uiuo, atq; uidenti,
 Perpetuaq; gerit plenam formidine mentem,
 Nec reperire potest palanti corde receptus,
 Sed miser incerto fluitans errore uagatur.*

*Ergo opus ô iuvenes solerti mente uacare
 Doctrine studiis: non nullo hæc dona labore
 Proueniunt, nulloq; usu: Pater ipse sciendi*

q. d. q. r. t. u. v. w. x. y. z. 699.

Haud

in hanc partem
Haud facilem esse uiam uoluit, namq; arte ministra

Suscitat hæc, studijs acuens mortalia corda.

Ille suam Verbum meditantibus annuit auram,

Nec temerè effundit uotis non percitus ullis:

Et per eam Christus succendit pectore lucem

Noticiæ patris, atq; sui: diuinâq; dona

Usibus acquirunt uires, uelut ignea lampas

Mota iubar latè iacit, & resplendet in aura.

4. Hæc tu militia gaudes Deus, his pater addis

7. Auxilium solitum, & manifesto numine ducis.

1. Præterea refert aliorum nosse reperta,

2. Et placidè doctas audire, & reddere uoces: *Hæc tu*

Idcirco sistam qui non se credere nostræ

Censuræ ueriti specimen super arte dederunt:

Et nunc luce palàm fas prono accedere gressu,

Et doctas tentare operas quæ copia cuiq;

Doctrinæ, & qui sit studij profectus in illis.

c Tu modò ne nostris te subtrahere cœtibus oro

Nate Dei, Nam te nostris medium affore dictis

Olim pollicitus, roburq; animosq; daturum.

quid iam de Equo ad huc hujusmodi
quid iam de Equo ad huc hujusmodi
CARMEN P. P. VI.

TEBERGÆ.

Rgo tot incassum fundi plerumq; labores

E Aspicimus, dum quisq; suæ contraria sorti

Adpetit infœlix, nec iusso in munere perstat

Propria non curans, alienaq; segniter urgens

B 4

Ah mi

Ah miser, in neutro quicquam feliciter ausus.
Maxima pars curis consumit inanibus ævum,
Nec meminit vitæ exiguæ, immensiq; laboris
Quem fas haurire ingenio, si euadere ad auras
Mente agitat, plenoq; cupit Dei amore potiri
Dulci noticia rerum cœlestium abundans.

Præcipuus uerò labor est in gente piorum
Fundere uota Deo, & dictis conferre uicissim
Iudicia, ut ueros possis exquirere ueræ
Doctrinæ sensus, incorruptosq; tucri.

*Hic ab colloquio
explorare uires
inueniunt panem
Et hanc de dno
ordini in dicit
vires
Ingenia explorat
vires
Hic in
vires*
Hæc opera in terris postquam exercemus agendo,
Ne dubitate uiri, medio stat in agmine uiuens Rector
Filius ipse Dei, sancto qui pectora Flatu
Irradiat, penitusq; mouet studia, atq; labores,
Adiunctumq; illis coetum, & socia agmina seruans
Per mundi casus, & fata extrema gubernat.

Altera sed nuper pars est exacta laboris,
Tunc ubi concilium sanctis de rebus habentes
Contulimus dicta, atq; horum explorauimus artem
Publica doctrinæ quibus hic monumenta paramus.
At nunc officij quando pars altera restat:
Hos quoq; congressus numero celebrate frequenti
Docta manus iuuenum, cum sunt pia uota ferenda,
Debitaq; ex merito soluentur præmia honorum
Egregijs uirtute uiris, qui ritè probarunt
Profectus super arte suos, quid cœlica passim
Contineat doctrina Dei, fontesq; Sophorum.

Fas equidem alterius surgenti applaudere honori,
Virtutemq; ornat DEVS, & uirtute uicissim

Ornari

Ornari cupit, & dignis sua proemia reddi
 Imperat: hinc passim tot honorum nomina, totq;
 Clara ferunt monumenta uiris insignibus arte
 Qui populos late magna ditone gubernant.
 Quippe honor arduos agit ad studia optima rerum
 Quarum praesidijs haec nescit uita carere,
 Discendi & stimulos acres sub pectore uertit.
 Quare agite, et pariter coetum hunc celebrate fauens
 Confessi quod & has in honore reponitis artes,
 Quae sine non poterunt reliquae consistere fundo:
 Tum pia quod iunctis poscatis numina uotis
 Ut tantis uitae arumnis, rerumq; ruina
 Sanctum ex hoc numero Christus sibi colligat agmen,
 Et studia, & ceptos exire impune labores
 Numine concedat placido, atq; haec docta theatra
 Custodes uerbi, stabilemq; in secula sedem
 Esse sinat, donec redeat magno agmine cinctus
 Filius ipse Dei, magniq; ipse agminis instar
 Summus erit caelo credentium doctor & auspex,
 Et socios operum in terris, fidosq; ministros
 Imperij uocet in partes, & proemia honorum,
 Temporaq; insigni cingat decorata corona
 Conuentu superum in medio, & in agmine diuum,
 Ante alios ubi docta cohors fulgebit Olympo
 Syderis in morem, aut radiantis imagine Solis.

conuocet superos & angelos
liberum, ut deus
submitte me
conspice, uespere
Andru de prohaer
in uleu
scilicet
graculor uis
downsta p
reut
et uisita fideis
uospit & la
te pte dolo
bles
Uos et agere p
eres
uerti oratoris
Adhuc - pariter
Uosq; hanc uis
Christi ministri

in pale
Isot
Christo de u
Sanctis
Chro
A S **QVAE**
Te mihi p
quo p
Arli
uide
Encaia
Urt. Can
quae h
triso, f
uicheu

Q V A E S T I O

PROPOSITA VSITATO

more, à M. Iohanne Ferinario.

VETVS EST VTILISSI-
mæ commonefactionis symbolum:
γνώθι σεαυτόν. Ego vero non ita soleo in-
fantiam meam ἐκδεῖσθαι apud vlllos, vt
magis defectus meos quotidie seriò deplo-
rem. Cum igitur nunc quoq; meo me pede
ac modulo metior, & oculis ac cogitatio-
ne me refero ad hunc cœtum, in quo con-
uenerunt omni genere doctrinarum, &
gravi de rebus iudicio viri præstantes,
quodq; τὸ πάντων ἄξιον est, diuini illius Me-
lanthonis nuper παραστάται fideles, doleo,
verè & ex animo, quod hoc confessu, in
quo mihi publicè dicendum est, Oratio-
nem dignam adferre non possim. Sed vt
præcipere optima, summum in genere hu-
mano opus est, ita & præcipientibus ob-
tempe-

QVÆSTIO.

temperare, suam meretur laudem apud
 homines amantes virtutem. Quorum sa-
 nè posterius cum mihi vendicem, & me,
 qui nec eruditione, nec eloquentia instru-
 ctus sum, optimorum præceptorum, qui
 mihi has dicendi partes tribuerunt, su-
 stentat autoritas, et eos qui conuenerunt,
 pro ingenij sui dexteritate, qua de officio
 vniuscuiusq; sapienter iudicant, spero
 me balbutientem benignè audituros esse,
 eodemq; studio complexuros, quo perse-
 quuti sunt hætenus humanissimè eadem
 in re alios multos, præsertim cum non
 tam docendi, quam discendi cupidus pro-
 dire iussus sim. Ex ore infantium & la-
 etentium, inquit Psalmus, perfecisti lau-
 dem. Respicit igitur atq; adprobat &
 æternus Pater balbutientium voces, qui-
 bus ceu orgāis vtitur, vt aliqua in Mun-
 do fiant & dicantur ipsi grata. Neq; ve-
 rò vlla eloquentia vel Angelorum vel
 homi-

QVÆSTIO.

hominum tanta est, vt pro dignitate satis celebrare possit vllam partē operum diuinorū, nedum hæc summa bona, quòd ipse facit nos sua templa, & sese nobis communicat, per & propter Filium, vt in tota æternitate fruamur ipsius luce, sapientia, & letitia: Idq; eo ordine, vt in hac vita prius nos regeneret per verbum, & Spiritum Sanctum, quē effundit in corda nostra, in ministerio Euangely, sicut expresse scriptum est: Superinduemur, si tamen non nudi reperiemur. Et: Euangelyum est potentia Dei ad salutem omni credenti. Etsi igitur tantarum rerum magnitudinem admirabimur, & propius adspiciemus in vita æterna, cum Deus erit omnia in omnibus beatis: interea tamen & in hac vita vult Deus nos eam cogitare & intelligere, tanquam in enigmate, cum nostræ consolationis causa, tum vt verbum Dei, id est, scripta Propheti-

QVÆSTIO.

phetica & Apostolica, per quæ ipse res
 tantas, cælo & terra maiores in Ecclesia
 gerit, grato pectore amplexi, magnifa-
 ciamus, et à corruptelis vindicemus, qua-
 rum multæ omnibus temporibus à mul-
 tis petulanter excogitantur. Stenkfeldi-
 us hac ætate ἐνδοσιασμοῦς è Cælo petens
 sine testimonio diuino, virus suum latè
 spargit cum ad probatione multorum, &
 authoritatem scripti verbi eleuare & la-
 befactare conatur, cum negat, Deū per
 verbum, auditum, lectum, cogitatum ef-
 ficacem esse, sed immediatè sese pectori-
 bus nostris infundere. Nec cessat Flaci-
 us Sycophanta, instar μωσμῶνος fascina-
 tus, ac territans incautos, cū in alijs sa-
 lutis nostræ conuellere ὑπόσασιν, tum de
 hoc ipso patefacto nobis in Ecclesia ver-
 bo, renouare certamina: Euangelium nō
 esse prædicationem pœnitentiæ dictitans.
 De quo cū vtile sit tenere singulos ve-

ras



Q V E S T I O .

ras sententias, propono, ut vsitatum est
 hoc loco questionem: de Veteris & No-
 ui Testamenti discrimine, &: An Euan-
 gelium sit prædicatio pænitiæ. Variè
 in hac materia se torquent multi. Sed
 Testamentum non dubium est hic signi-
 ficare pactum, seu fœdus. Est igitur ve-
 tus & Nouum Testamentum obligatio
 mutua inter Deum & homines. Discrimi-
 mina si quærantur, puto rectissimum es-
 se, quæ in utroq; fœdere eadem, quæ di-
 uersæ fiant obligationes utring; consi-
 derare. Tam veteri autem, quam nouo
 fœdere, Deus promittit credentibus gra-
 tiam, iustitiam & vitam æternam pro-
 pter Messiam. Nisi quis velit affirmare,
 Circumcisionem fuisse σφραγὶδα Noui
 Testamenti, aut fuisse tantum σφραγὶδα
 fœderis legalis, non autem: δικαιοσύνης τῆς
 σεωῆς: quorum neutrum cordatiores di-
 cturos esse existimo. Erat enim σφραγὶς
 δικαιο

QVÆSTIO.

ἡμολοσῆως πίστεως . Et vetus igitur pactū
 eam complectebatur. Sed non opus esse
 puto pluribus id probare, quod per se ma-
 nifestum est. Alioqui fuissent infelices ho-
 mines ante ictum fœdus nouum. Obligan-
 tur etiam vtroq; fœdere homines ad fidē,
 & ad conuersionem. Hactenus igitur
 congruunt. Sed veteri pacto recipere se
 promittit Deus, & recipi se homines cre-
 dunt propter exhibendum: In nouo prop-
 ter exhibitum Messiam. Veteri obligat
 se Deus ad mittendum Messiam, natum
 ex muliere, ex Abraham, Isaac, Iuda,
 David, & seruandum vsq; ad eum exhi-
 bitum Sacerdotium & politiam Mosai-
 cam in terra Canaan: In Nouo, ad ser-
 uandam ecclesiam in hac vita, nullis ex-
 pressis circumstantijs. Id est, Veterus habe-
 bat promissiones corporales in specie. No-
 uum tantum in genere. Vetere obligan-
 tur homines ad seruandam totam legem
 Mosi.



QVÆSTIO.

Mosis: Nouo ad Nouam obedientiam & vsum Sacramentorum Noui Testamenti. Hinc manifestum est, fœdus ante & post exhibitum Messiam, quibus differt, exigua esse, si conferantur ad ea, quibus congruit. Nec videtur absurdum querenti, cuius respectu dicatur nouum, respondere de verbis scripturæ: Hoc factum est vt compleretur: Hinc enim perspicue respectus completionis intelligitur. Completione autem, complector exhibitionem promissi Messiae, & quæ consequuntur, abrogationem legis Ceremonialis & Forensis, finem politiae Mosaicæ, & promissionem temporalium in specie. Hæc facile iam est prolixius declarare: ego in pauca rem studeo referre. Sed magna videtur hinc difficultas obijci à scripturæ locis, quibus Vetus Testamentum abolendum, literæ, mortis, seruitutis: Nouum æternum, Spiritus, vitæ, libertatis ministræ

Q V E S T I O.

nisterium dicitur &c. Hic puto regulam
 tenendam, qua non observata multi se
 implicant ac torquent. Aliàs tam vetus
 quàm novum fœdus Legem & Euange-
 lium complectitur. Vetus confœderatio-
 nem Dei legalem & Evangelicam antè
 exhibitum, Novum post exhibitum Mes-
 siam. Sic propriè hæc nomina vsurpari
 arbitror, & sic sumi ea, ostendunt dicta:
 Genes: 17. Erit signum fœderis &c. &:
 Hic est calix Novi fœderis: & alia. Sic
 ea supra intelligo. Sic non ita procul dis-
 tant, quàm à multis seiunguntur. Alias
 verò synecdochicos, Vetus pro lege, &
 quidē omnibus legis Mosaicæ partibus:
 Novum pro Evangelio summitur. Sic
 Ierem: Cap: 31. Sic Paulus 2. Cor: 3. &
 alibi loquitur. Et reuerendæ ac sanctæ
 memoriæ Dominus Præceptor Philip-
 pus, in Veteris & Novi Testamenti dis-
 crimine, Legem & Evangelium discer-
 nit.

C

nit.

QVÆSTIO,

nit. Vt autem tunc *Vetus Testamentum* omnes legis *Mosaicæ* partes significat, ita nouum non tantum promissionē gratiæ, & exhibendi *Messiae*, sed etiam de *Messia* nuntium complectitur. Et secundum hanc significationem simul inde ab ædita promissione prima, vtrumq; fœdus extitit: & multò maiora fiunt discrimina. Hinc illa odiosa *Veteris Testamenti* epitheta. Si verò vtriusq; communia & propria feceris, quæ præcipiò dixi, *Vetus* vsq; ad *Messiam* exhibitum pertingit: *Nouum* ab eius exhibitione incoatū est. Sic scriptura distinguit temporibus hæc duo *Testamenta*. Ac satis manifestum est, non semper *Vetus*, legem, & *Nouū*, *Euangelium* significare. *Vsus* huius discriminis in *Ecclesia* sunt. Primus, vt sciamus idem esse fœdus *Dei* nobiscum, & cum patribus quo ad saluationem, id est eadem nos via saluari. Secundus, vt *Ve-*
tus

Q V Æ S T I O.

tus Testamētum confirmet nos de nouo. Tertius, vt consideratis beneficijs, quibus nos antecellimus, excitemur ad gratitudinem. Quartus principalis est, vt notum sit, nos propter missum, illos propter mittendū Messiam saluos esse &c. Et quæ ex utroq; testamēto æterna sint, facile est videre. Cessabit imputatio iustitiæ, nam imputatione post hac non erit opus, promissiones corporales, fides & vsus ministerij. Cur autem noua dicatur concio Evangelica, respectu legalis, non indiget longa explicatione. Synechdoche, qua nomen fæderis ad legem vel Euangelium seorsim restringitur, vel de toto fædere dicitur, quod parti conuenit: cur vsurpetur, plures possent rationes adduci, Potissima esse videtur: Quia tum spectantur quæ utriq; sunt peculiaria. Vt veteri, promulgatio legis Mosaicæ, Nouo autem, concio de Messia exhibito, pro

C 2 missio

Q V E S T I O.

missionib. ac typis completis. Præterea, vetus complectebatur totam legem Mo-
 sis: Nouum tantum retinet Moralia. Et
 ad veteris doctrinam Euangelicam, ac-
 cessio facta est in nouo. Atq; ita obscuri-
 or in veteri, clarior in nouo, & copiosior
 est Euangeli concio: Sicut & latius dif-
 fusa Spiritus Sancti per eã efficacia etc.
 Mec miremur scripta reuerendi Domini
 Præceptoris aliquantò secus loqui, de
 veteris & noui testamenti, quam de Le-
 gis & Euangely discrimine: quia hic E-
 uangelio opponunt præcipuè legem Mo-
 ralem, ibi autem omnes legis Mosaicæ
 partes considerant. Ac possent etiam le-
 gis & Euangely plures differentiæ consti-
 tui, ut ex Paulo manifestum est 2. Cor: 3.
 Sed ne sit explicatio longior, visum est
 Domino præceptoris nostro, præcipuas
 indicare, quæ facile possunt animo com-
 prehendi. Omnia igitur facilè conciliari
 posse

Q V E S T I O.

posse existimo, observata regula: Quod
 scriptura & doctores, aliàs Testamen-
 tum vetus nominent totam legē & pro-
 missionem gratiæ, quantum eius intelli-
 gebatur ante Christi aduentum: & No-
 uum: legem Moralem & concionem de
 Messia iam exhibito. Aliàs verò simpli-
 citer vetus pro lege tota, Nouum pro E-
 uangelio sumant. Iam secundum posteri-
 orem significationē quomodo differant,
 non est obscurum. Secundum priorem, vt
 discernantur, tenenda est altera regula:
 Fœdera distingui rebus ad quas fit obli-
 gatio mutua confœderatorum. Hæc re-
 gula, non video quid relinquat scrupuli.
 In veteri fœdere obligabat se Deus ad
 recipiendos in gratiam propter Messiam
 mittendum, omnes agentes pœnitētiam,
 ad mittendum Messiam natum ex poste-
 ris Abrahæ, ad seruandum cultum & po-
 litiam Mosaicam vsq; ad Messiam exhi-
 bitum.

QVÆSTIO.

bitum. Ecclesia vicissim obligabatur ad credendum in Messiam venturum, & ad obedientiam secundum omnes partes legis, adhibita tamen declaratione Evangelica. In nouo fœdere Deus obligat se ad recipiendos credentes, propter Messiam iam exhibitum, & seruandam Ecclesiam in hac vita in genere. Ecclesia ad credendum in Messiam exhibitũ, ad nouam obedientiam, & vsum totius ministerij. Sed desino pluribus dicere de hac materia, quæ cum sit amplissima, & ex eius vera enarratione peti possit respõsio, ad reprehensiones ineruditas & cauillatorias, reuerẽter oro clarissimum virũ, qui in doctrina de Deo excellenter doctus est, Dominũ M. Petrum Vincentium, Conterraneum & Præceptorem colendum, vt & hanc ipsam causam, & questionem propositam explicet nobis copiosius. Te vero Fili Dei, Domine Iesu
 Chris

R E S P O N S I O,

Christe, toto pectore oro, cum sis Ema-
nuel noster: In nostris uiuens mentibus
esto λογος, Cumq; massam nostram orbam
assumseris, eaq; copulatione testatus sis,
te verè adfici salute nostra, ipse sis fun-
dus et τροφειὺς tuæ Ecclesiæ, cui tot & tā-
ti terrores, hoc ferro seculo passim pro-
ponuntur.

Vespera iam uenit, nobiscum Christe maneto,
Extingui lucem ne patiâre tuam.

D I X I.

R E S P O N S I O

M. P E T R I V I N C E N T I I
V R A T I S L A V I E N S I S.

V Eteres poëtae Momum quendam
vt est in Hesiodi Theogonia, No-
cte matre, Somno patre natū, finxerunt,
qui cum ipse vtile nihil facere ac profer-

C 4

re po-

R E S P O N S I O =

re potest, res tamen diuinitus conditas
 odiosè carpere soleret atq; reprehendere,
 vt quod bobus cornua in capite, ac non
 potius in armis condita sint, quo fortius
 ferire possint: et in hominis opificio, quòd
 non in pectoribus fenestræ factæ sint, per
 quas delitescentes cogitationes perspici
 potuissent. Ea Fabula pictura est Theo-
 logiæ scelerati Flacij, quem vidimus, cū
 studijs doctrinæ monumentum vtile nul-
 lum vnquam conficere potuerit, nullam
 partem doctrinæ explicauerit, ad Momi-
 illius Poëtici exemplum plenum nigri sa-
 lis, & atra virulentia vellicantem, arro-
 dentem, allatrantem & calumniantē ab
 alijs uiris *θεωδιδος τολεπιε*, rectè, eruditè et
 vtiliter explicata. Quòd ei tot annos pro-
 fectò impunè facere in his regionibus nō
 licuisset cum dedecore Ecclesiæ publico
 & simplicium animorum, qui hæc pio ze-
 lo fieri existimârunt perturbatione, Si
 He.

R E S P O N S I O .

*Heros ille, qui à clariss: viro Domino
 Decano veris paulò ante laudibus, & tã
 to Principe digno Panegyrico decanta-
 tus est, diutius superstes fuisset. Quod
 autem ad discrimen Veteris et Noui te-
 stamēti attinet, existimo abs te Ferinari
 pro temporis ratione eruditè dictum esse:
 Et exstat in Locis Communibus diserta
 explicatio, quam legere studiosi poterint
 & debent. De arrosa à Flacio & repre-
 hensa Euangely definitione, in qua dici-
 tur: Euangelium esse concionem pœnitē-
 tiæ, & promissionem remissionis pecca-
 torum, reconciliationis, iustitiæ & vitæ
 æternæ gratuitam propter Filium Dei,
 cuius promissionis notitia nequaquã na-
 scitur nobiscum: Sed ex arcano sinu eter-
 ni Patris prolata, sit supra & extra con-
 spectum omnium creaturarum: Respon-
 deo breuiter, & defendo eam veram, piã
 & eruditam, & rectissimè traditam es-*

RESPONSIO.

se. Quod autem obijcitur, confundi Legis et Evangelij discrimen, si Evangelio pœnitentiæ doctrina tribuatur, non solū puerilis calumnia est, et allatratio digna rictu Βλακικῶ: sed etiam turpis & flagitiosus error. Non enim fit mentio pœnitentiæ, ut Legis & Evangelij fiat confusio, sed ut usus utriusq; doctrinæ sit magis conspicuus, ac liquidò declaretur, nequaquam aboleri legem Moralem, sed & declarari, & stabiliri per Evangelio sicut inquit Dominus: Non veni solvere legem sed implere, & Paulus disertè inquit: Fide legē stabilimus. Ac sint iunioribus in conspectu illustres rationes, quare oporteat in Evangelij descriptione mentionem pœnitentiæ fieri, quas hoc ordine, pingui, ut aiunt Minerva ac perspicuè recitabo.

Primo quod Evangelium propriè et principaliter docet de præcipua pœnitentiæ

tia

RESPONSIO.

tiæ parte quæ est Fides, Id est, Fiducia
gratuitæ remissionis peccatorum pro-
pter Filiū Mediatorem, quæ offertur in
Euangelio credentibus. Hanc fidem si
Lex doceret aut complexa esset, nihil
fuisset opus noua reuelatione.

Deinde & alteram pænitiæ par-
tem, Contritionem videlicet, quæ pro-
priè Lege fit, ita tamē moderatur Euan-
gelium ac temperat, vt fiat contritio sa-
lutaris, cuiusmodi fuit & est Dauidis,
Manasse, Petri & Sanctorum omnium
conuersio, & discernit eam à pænitiæ
non salutari, qualis fuit in Cain, Saul,
Iuda, Iuliano, & erit, nisi ad Deum con-
uertentur, breui in Staphylo, Flacio &
innumerabilibus alijs. De tertia etiam
pænitiæ parte, quæ est Noua obedi-
tia ex solo Euangelio discendum est, quo
modo inchoanda sit, & quomodo place-
at. Quanta igitur impudentia est scelera-



R E S P O N S I O.

teratoris sigillantis veritatem, & tolerantis penitentiae mentionem ex Evangelij descriptione?

Porro, quod ad accusationem conscientiarum attinet, Lege quidem accusantur omnia peccata quae Lege prohibita sunt, ut ostendit definitio tradita à Iohanne: ἀμαρτία ἐστὶν ἄνομία.

Hæc ἄνομία tota & repetitur in Evangelio (sicut Lutherus locutus est propositione 32. tertiæ disputationis contra Antinomos, cum inquit, Christum legem Mosi non solum recitare, sed etiam perfectè explicare: & propositione 34. Christum per legem arguere, minari, terere, & similia legis officia exercere) et eadem ἄνομία postea sanatur remedio proposito in Euāgelio, scilicet, Fide in Christum, iuxta dictum Luc: 7. Fides tua te salvam fecit. Et hætenus quidem Evangelium generaliter acceptum, legis ministerio

R E S P O N S I O .

sterio utitur. Sed est quoddam peccatum finale & vltimum, nulla alia aut noua satisfactione expiandum in tota aeternitate, non expressum in lege: sed Euangely proprium, & in Euangelio propriè tum expressum, tum declaratum, videlicet, ignorantia Filij & incredulitas in Filium, Filij contemptus & desperatio, de quo ipse Dominus inquit: Spiritus Sanctus, quem Euangely ministris se missurum promittit, arguet Mundum id est, Iudæos & Gentes de hoc capitali & specifico peccato, quod non credant in Filium. Ita ab ignoratione Filij, voce Euangely reuocantur omnes homines ad eiusdem agnitionem & fidem, sine qua legis pœnitentia imperfecta, mutila & damnosa est.

Hoc qui non considerant, satis ostendunt vel crassam ignorantiam, vel sceleratam malitiam suam, cum vel non intelligunt,

R E S P O N S I O .

ligunt, vel virulenter & veteratorie dis-
simulant, qua fronte confessionem Au-
gustanam legant & Apologiam: In qua-
rum vtraq; cum pœnitentiæ nomine intel-
ligatur tota conuersio, in qua duo sunt
termini, mortificatio & viuificatio, an
negabunt, viuificationem solo Euange-
lio fieri? Non enim certè viuificantur vl-
li, nisi credentes Filio, & agnoscentes
summum peccatum esse incredulitatem
finale in Filium. Vnde & hoc rectè iã
olim dictū est in Apologia, nec vnquam
à sano vlllo repræhensum, cum inquit.
Hæc enim verba sunt.

Summa prædicationis Euangelij est
arguere peccatum, & offerre remissio-
nem peccatorum & iustitiam propter
Christum, Spiritum Sanctum & vitam
eternam, et vt renati beneficiamus. etc.
Sic complectitur summam Euangelij
Christus Lucae vlt: cum ait, debere præ-
dica

R E S P O N S I O.

dicari in nomine suo penitentiam & remissionem peccatorum.

Postremo rectè fit mentio pœnitentiæ in Euangelij definitione etiam ob hanc causam, quia Euangelium est interpretatio legis, cum ostendit tantam esse magnitudinẽ iræ Dei aduersus ἀνομίαν vt nulla alia satisfactione in cœlo, terra aut inferis, quam Filij vnigeniti morte hæc ira placari potuerit. Item, Addit Euangelium legi deinde dulcem ἐπιείκεια, cum ostendit, quomodo ei satisfiat à conuersis, hoc est, quomodo inchoata iam obedientia, quamuis imbecillis & multis modis contaminata, tamen Deo placeat in personis reconciliatis, & Filij vmbra- culo aduersus iræ æstum tectis.

Rectè igitur Lutherus, cùm sæpè aliàs, tum octaua & nona primæ disputationis

Propositio prima de penitentia

R E S P O N S I O.

tionis contra Antinomos, propositionibus: Penitentia solum ex lege, inquit, di-
midium vel initium penitentiae, vel per
Synecdochen penitentia est, quia caret
bono proposito. Etsi perseverat, fit peni-
tentia Cain, Saul, Iudae, & omnium de
Dei misericordia diffidentium & despe-
rantium, id est, pereuntium. Et propo-
sitione 21. Contra inutiles desperationis
Magistros, inquit, Evangelium coepit do-
cere penitentiam &c. Quid obsecro haec
Lutheri verba sunt Flacio, Si haeresis
est Philippum dicere, Evangelium esse
concionem penitentiae?

Possẽm multò plura commemorare,
Sed in re manifestae calumniae nihil est
opus longiore oratione, & nunc tempo-
ris habenda ratio est, & reuerendi ac cla-
rissimi confessus, qui harum rerum com-
monefactionibus non indiget. Hanc au-
tem breuem & perspicuam declaratio-
nem

R E S P O N S I O .

nem addidi quæstioni tuæ Iuuentutis & imperitorum causa, ne Sycophantarum Cynicis calumnijs, in arrodenda vsitata Ecclesiæ & Scholæ huius doctrina & explicandi forma, annis amplius quadraginta vsurpata, turbentur. Pereant Momi, Sycophantæ & calumniatores Flacici, vt merentur, & malè sit ipsis impœnitentibus.

Oro autem æternum Filium Dei, Dominum, & Saluatorem nostrum Iesum Christum, summum Doctorem & custodem Ecclesiæ suæ, sedentem ad dextram æterni Patris, & cœlitus immensa bonitate & gratia dantem dona hominibus, vt te, carissime Ferinari cum vniuerso cœtu competitorum tuorum, atq; adeò nos omnes ipse doceat, & in statione pia hac, docentes te discentes regat & gubernet vniuersos, & erga hanc scho-

D lam

RESPONSIO.

*lam, propagatricem & custodem doctrinae
caelestis, inenarabilem & perpetuam
bonitatem suam & clementiam, ut
haectenus inter tot imperiorum
ruinas mirabiliter fecit,
semper exerceat.*

DIXI.



VVITEBERGÆ.

EXCV DEBAT IACOBVS
Lucius Transylvanus.

Lex. Dth. 67. b.

C

M
Monachij 17.
Mortuorum in d. 17

P.
Pentecostae 17.

R

Cl 2753

16.6.198

Sanctus
Oraciones
sancti
Fleiss
pag: 35
Heshusius 40.

Justificamur fide 47
Epla ad Romanos 51
Corpus drc. 50. b. 35. 1. b.

Herrn Al... 80. pag: 586
153
11.28


ULB Halle 3
001 038 214






ANNO DOMINI MDCCLXIII
VOLUNTATEM TUAM DOMINE ESSE
FACIT DOMINUS PATRI DOMINI





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Blue
Cyan	Cyan
Green	Green
Yellow	Yellow
Red	Red
Magenta	Magenta
White	White
3/Color	3/Color
Black	Black

IO
 LLV=
 HEROE AC
 VRITIO,
 KONIAE &c.

TEBERGÆ

MAIORE IOA
 IÆ DOCTORE, ET
 ecano Collegij Phi
 dus Magisterij de
 NOVAGIN
 s & erudi
 iris.

BERGÆ.

D. LXIII.

